

1154 velis. Postquam vero eum in caesarem consecratum receperint,
 ei tunc honorem cesari debitum persolvent, non ante. Hec rex
 Fridericus audiens iram reprimis et eam dissimulans verba
 dans bona pecuniam, quam exquirunt, eis promittit. Et
 tamquam super hac securitate data Veronam illius exer-
 citibus suis stansit. Regalibus itaque ultra positis exerci-
 tibus mandat Veronensibus, ut pro debita pecunia veniant.
 Qui verbis eius credentes XII meliores et nobiliores et alius
 plurimis nobilibus adiunctis pro pecunia promissa ad
 regem dirigunt. Quos ipse rex hilari vultu suscipiens
 de promissa pecunia verbis datis optimis eos capi precipit
 et plurimis ex eis trucidatis XII nobiliores suspendi pre-
 cepit. Et cum quidam de propinquiori linea cognatum
 eius esse se diceret et hoc testimonio comprobaret, propter
 hoc alius tamquam nobiliorem suspendi precepit posteris
 suis hoc relinquens et ceteris timorem incutiens, ne talia
 contra dominos suos agere presument. Tulerunt Papienses
 et Cremonenses ei tamquam domino suo karissimo cum
 multa electa militia occurrunt et in servitium eius
 regiam viam proficiscuntur. Tandem rex optatam ingreditur
 Romam et in constituto tempore a domino papa Adriano

1155 ^{jun.} in imperatorem consecratur. Cumque consecratione peracta
 18

inbruneporban P

Ape